

D. B. P.

FRIDERICVS II. IMPERATOR RO-
MANO-GERMANICVS TRIPLI-
CI INFAMIA LIBERATVS

CVM

AD DIEM NATALEM

SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI
DOMINI

II n
1842

FRIDERICI ANTONII

PRINCIPIS SCHVARZBURGI

E QVATVOR COMITIBVS IMPERII COMITIS
ITEM HOHENSTEINII DYNASTAE ARNSTA-
DII SONDERSHVSAE LEVTENBERGAE
LOHRAE ET CLETTENBERGAE

11.

DOCTA MVSARVM PIETATE CELEBRANDVM

PERILLVSTREM VTRIVSQUE CON-

SILII PRAESIDEM ASSESSORES ITEM GRAVISSIMOS
VENERANDOS ECCLESIAE MINISTROS SENATORES
AMPLISSIMOS ET RELIQVOS BONARVM
LITERARVM FAVTORES

SVBMISSE OFFICIOSEQVE INVITARET

CHRISTIANVS GOTTLIEB CLVGIVS

INGENVARVM MAGISTER ARTIVM ET LYCEI RECTOR

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BAULE)

1537

BIBLIOTHECA
PONTUKAVIANA

2002

FRIDERICVS II. IMPERATOR RO-
MANO-GERMANICVS TRIPLI-
CI IN ITALIA LIBERTATVS

CVM

AD DIEM VERTICEM

SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINI

FRIDERICI ANTONII

PRINCIPIS SCHWARZBURGI

E QUAVOR COMITIBVS IMPERII COMITIS
ITEM HOHENSTERNI DYNASTAE ARISTO-
CRATIS SONDERSHVSAR ET VERTICEM
LORRAE ET CLETTENBERGAE

DOCTI VIRI PRAEPOSITI CATHEDRAE

PERILLIVSTEM VTRIVSQVE COE

SIU PRAESIDEM ASSASSORES ITEM GRASSIMOS
VITANDOS ECCLESIAE MINISTROS SANA COE
AMPLISSIMOS ET RELIGIOSOS BONIKAM
LITERARVM FAVTORES

SVMME OFFICIOSE INVITAT

CHRISTIANVS GOTTLIBVS

MAGISTRI ARTHUR



Fridericus II, Henrici VI, Imperatoris Romano-Germanici, filius, statim ab ineunte aetate Pontifices Romanos sibi habuit inensos, qui sicut familiam Ducum Sueuicorum, quorum potentiam, propter amplissimas, quas in Italia Germaniaeque possidebant, provincias, suo fastui obstare potissimum uidebant, dignitate Imperatoria exuere summa ope nitentur, ita Friderico nostro, quatuor puero annorum, cum Philippus, patruelis, defuncto patre, ex eiusdem testamento, et tutelam et administrationem imperii deposceret, in primis se opposuit Innocentius III, Papa, literisque ad Procetes Germanorum missis, sua auctoritate rem eo deduxit, ut Otho IV, Dux Saxoniae, Imperator eligeretur. Quo iterum deposito, quamuis Principum literis ex Sicilia, quam paterna tenebat hereditate, ad Imperium uocaretur Fridericus, Aquisgrani etiam more maiorum coronam regni Germanici acciperet, tamen Pontifex solennem renunciationem, Romae fieri solitam, subinde differebat, ipsumque, exemplo ante haec tempora inaudito, uolebat, iuramento obligari, ut, ordinata domi republica, militatum abiret in Asiam, barbarosque terra sancta expelleret, eodem consilio usus, quo alii Pontifices Principes Europaeos ad eandem expeditionem suscipiendam compulerant, ut scilicet ipsi, Imperatore absente, maiori impunitate peccarent, et, quantum eius fieri posset, summam Imperii dignitatem ad se transferrent. Ad Papam igitur deliniendum, cum Fundanum comitatum dono offerret Imperator, ille quidem inaugurationis honorem pollicitus est, sed, morte praeuentus, successor, Honorio III, id negotii reliquit. Sed ne huius gratiam diu retinuit Fridericus. Cum enim, iura sua aduersus Italos defensus, Alpes transisset, et seditiosos Apuliae principes poenis meritis compressisset, sociosque eorum Episcopos sacerdotio deiecisset, irritatus triplici offensa Pontifex, edita proseriptione, eum hostem ecclesiae iudicauit, longiusque furore suo progressus fuisset, nisi Ioannes, rex Hierosolymitanus, qui, barbarorum uiribus regno pulsus, Romae commorabatur, ostenso periculo, quod Christianorum reipublicae a barbaris immineret, animum eius placabiliorem reddidisset. Hic idem Friderico filiam suam Iolantham desponderat, promisso in dotem regno, si belli sacri dux fieret, qua conditione accepta, cum magno ille exercitu in Orientem profectus est, rebusque feliciter gestis, Hierosolymam recepit, suaque

effecit uirtute, ut exinde iidem et Siciliae et Hierosolymae essent
 reges. In Italiam reuersus, Papam inuenit Gregorium IX, parum
 sibi suaeque fortunae fauentem. Cum enim decerni filio Con-
 rado a Proceribus Imperium peteret, Pontifex abnuuit, statimque
 ciuitatum Longobardicarum conspiratione munire se coepit, exer-
 citum quoque cruce signatorum, quasi aduersus communem Chri-
 stiani nominis hostem dimicandum esset, conscripsit, et, ne iis qui-
 dem satis se tutum fore, ratus, ad praesidium anathematis ueluti
 ad sacram anchoram confugit. Quae omnia licet Imperatorem
 parum mouerent, qui, strepitus minarum non magis extimescen-
 dos esse, dictitabat, quam afinorum crepitus, ipse etiam, cum in-
 gentibus copiis in Italiam ingressus, exercitu cruciferorum ad in-
 terneccionem fere caeso, non exiguum Papae incuteret terrorem,
 ramen successores, tam seuera Caesaris animaduersione nihilo me-
 liores facti, non prius sibi quiescendum esse, arbitrati sunt, quam
 Fridericum, ob potentiam sibi inuisum, imperio deturbassent. Per-
 fecit rem, ab aliis frustra tentatam, Innocentius III, qui, coac-
 to Lugduni concilio, diem dixit Imperatori, et, cum ille, insidias
 Pontificis et defectiones Itatorum ueritus, coram adesse nollet, non
 modo per omnes diras ipsum deuouit, sed effecit etiam, ut Impe-
 rium ei Germani abrogarent. Sic igitur res eius in dies peiori
 esse loco coeperunt, cum et in Germania Henricus Thuringicus
 et Guilielmus Hollandicus decertarent de imperio, et ciuitates
 Italicae, auctoritate Pontificis insolentiores factae, rebellarent. I-
 ccirco, rebus ille suis diffusis, in Siciliam cogitauit, sed in itine-
 re ardentissima febris correptus, anno 1250, die Stephani, in arce
 quadam Apuliae uitam finiit, non sine suspitione accepti ueneni,
 quamuis alii, referente Aenea Syluio, affirmant, Manfredum, no-
 thum, medicis spem recuperandae ualitudinis ostendentibus, pul-
 uino in os iniecto, patrem suffocasse. *Eum exitum consecutus est
 Fridericus II, liceat uerba Danielis Parei afferre, Princeps magnani-
 mus, fortis, eruditus, et multarum linguarum artiumque peritissimus, qui
 si in benignius saeculum incidisset, nae ille summorum heroum facta ad-
 aequasset*

Habes, L. B. breuem et quasi compendiarium uitae huius
 Imperatoris historiam, quam facili opera longius pertexere potuis-
 semus, nisi animus esset, eundem Fridericum triplici, qua laborat
 potissimum, infamia liberare. Caue tamen, existimes, ea, quae
 de

uid Historia
 Friderici III,
 P. 72.

In Medulla
 histor. uni-
 uers. p. 694.

de uita et fortuna eius exposuimus, superuacanea esse et a proposito aliena, cum ea, quae post dicentur, aliquam inde capere possint lucem.

Initio Fridericum II sceleris inculsant nonnulli, quo detentius cogitari non potest, et, si non ipse auctor fuerit libri, ad cuius nomen titulumque horreo, *de tribus magnis impostoribus, Moysè, Christo et Mohamede*, tamen eiusdem conscribendi occasionem dedisse, tradunt. Audiamus Iustum Lipsium, de hac re tanquam fati explorata pronunciantem. *Sunt, ait ille, qui non solum uita impietatem praeserunt, sed impudentes lingua exprimunt, ut ille, Fridericus II, Imperator, cui saepe in ore, tres fuisse insignes impostores, qui genus humanum seduxerunt.* Et negari sane non potest, in ipso concilio Lugdunensi, in quo ad causam dicendam à Pontifice comparere iussus est, hoc ipsi crimen obiectum esse. Ita enim Chronicon Augustanum, quod in Tomo I Freheri continetur, expositis variis rationibus, cur Imperatorem ecclesiae communionem priauerit Pontifex, sequentem etiam subiicit: *Præterea iniquitatem in excessu locutus est, ponens in coelo os suum. Dixit enim, audiente Landgrauio Henrico, Tres seduxerunt totum mundum, Moyses Hebraeus, Jesus Christianus, et Mahomet Saracenus.*

Ad hanc tam insignem iniuriam depellendam, nolo illud monere, eruditos magnopere inter se certare, sit ne talis unquam liber editus, nec ne, neque minorem inter eos esse litem de auctore foetus istius detestabilis, quae omnia, praeter ceteros, a Burchardo Gotthelf Struuius, in dissertatione de doctis impostoribus, copiose enarrantur, quibus unicum modo adiicio, Casparem Caluocerium arbitrari, Hermannum Rysovicum, hominem Batuum, qui saeculo XV pessimas eructasse in doctrina sordes perhibetur, aut fuisse auctorem libri huius, infernalibus flammis digni, aut certe stygio huic partui obstetricias adhibuisse manus. Sed haec, ut dixi, nolo iam repetere, licet ad Fridericum defendendum non faciant nihil, potius ipsum audiemus Imperatorem, in epistola quadam apud Petrum de Vineis ita scribentem: *Inseruit falsus*

144

Monit. po-
lit. P. I.
S. 4.

in. Fissus
Sion. L. XV.
c. 2.

in. Fissus
Sion. L. XV.
c. 2.

L. I. c. 31.

porum missum in terris, in subsidium generationis humanae. . . . *Ad*
hometi uero corpus in aere pendere, didicimus, obsessum daemonebus, ani-
mam inferni cruciatibus deditam, cuius opera tenebrosa fuerunt et con-
tra legem Excelsi, Moseni uero unicum Dei familiarem, uera docente
pagina, fuisse, tenemus, quibus uerbis et calumniam aduersariorum
a se remouet, et perspicuum doctrinae fideique incorruptae edic-
documentum. Quodsi forsan hoc testimonium, tanquam in caus-
sa propria dictum, reiicias, age, quid alii eius aetatis scriptores de
religione Friderici sentiant, cognoscamus. Ex Paulli Langii sen-
tentia, is in primis bonus fuit et modestus, ergaque Dei ecclesias et reli-
giosorum coenobia deuotus et magnificus, quibus et multa dedit priuilegia
et immunitates. Prodeat porro Pandulphus Collenutius, et, num
quid huiusmodi in scriptis Friderici inuenerit, amoris odique
caussa posthabita, libere nobis dicat. Ego sane, respondet ille,
multas Friderici epistolas, quae extant, uidi, atque legi, cum ad Pontifi-
ces et Cardinales, tum alios Christiani orbis principes, priuatasque etiam
personas, excaratas, sed nihil in eis deprehendi contra fidei nostrae regu-
lam, nihil haereticum, nihilque, quod aliquam ecclesiae oppressionem aut
contumaciam redoleat. Sunt quidem in his multae querelae, lamenta-
tiones, admonitiones, de auaritia et ambitione sacerdotum, de Pontificis
pernitentia, qui suas excusationes et imperii defensionem audire nolit, de-
que insidiis, quae sibi struerentur. Friderico igitur tam praeclaris
bonae uitae testimoniis munito, nihil reliquum est, quam ut, a
Pontifice, cuius superbiae Imperator litare noluit, haec crimina
conficta esse, dicamus. Solenne fuit aulae Romanae parasitis, quod
fobrium est Iacobi Friderici Reimmanni iudicium, is Atheismi di-
cam impingere, qui sputum Pontificis lingere, et ipsius dicto in rebus qui-
buscunque audientes esse detrectarent. Atqui supra cognouimus,
quanta Friderico cum Romanis Episcopis intercesserint lites, qui
non solum per literas, quod e Collenutio modo audiuius, de
grauissima iniuria cum iis solebat conuertere, sed etiam bello et ar-
mis ad officium eosdem redigebat. Quam animaduersionem uti
homines, magistri impatientes, pro fastu suo et libidine, minus
ferre poterant, ita nihil iis prius, nihil antiquius, erat, quam ut
maximum terrarum principem, falsis oneratum criminibus, in
summae adducerent impietatis suspicionem. Habemus huius rei
testes locupletissimos, Gallos, qui, cum, abdicato Friderico, Rober-
tum, Galliarum regem, Papa constitueret Imperatorem, honorem
illum

in Chronico
 Sicis, p. 797.

in Hist. Nca.
 pol. L. IV.
 p. 158.

in Histor.
 Atheismi
 p. 344.

illum delatum recusantes, apud Matthaeum Parisiensem scribunt: Quo spiritu uel ausu temerario Papa tantum Principem, quo non est maior, immo nec par inter Christianos, non conuictum uel confessum de obiectis sibi criminibus, exheredauit, et apice imperiali praecipitauit. De transgressionibus suis non est hostibus suis fides adhibenda, quorum Papa dignoscitur esse capitalis. Nec ualet quicquam aduersus Fridericum auctoritas Henrici Landgrauii, qui uerba ista improba ex ore Imperatoris audiuisse dicitur, dum, eum et sedis Papalis clientem, ideoque communi nomine regem Clericorum, Pfaffen-König, nominatum esse, et, cum in spem obtinendi imperii uenisset, Fridericum odio habuisse, constat. Plura in hanc rem qui desideret, adeat, uelim, Struuium in dissertatione supra a nobis allata, et, qui ante eum, licet tot testimoniis armisque non instructus, eundem Imperatorem defendit, Ioannem Henricum Hottingerum, in Historia Eccles. Saec. XIII. p. 387.

Si Ioannes Harduinus, monstroso quidlibet audendi fingendique ingenio praeditus, ea aetate uixisset, eum Pontifici gratam operam praestare, et criminationem Friderici augere, potuisse, certo sum persuasus. Hic enim Imperatorem nostrum nouo onerat crimine, eumque impostorem facit omnium maximum, qui confictis suppositisque libris, totum, qua patet, fefellerit literatum orbem. Scilicet Harduinus, emunctae naris homo, ceterisque, ut sibi uidetur, longe sagacior, cum consilium cepisset, temporum serumque historiam ex numis potissimum restituerendi, in eam prolapsus est opinionem, fuisse in Gallia saeculo XIII aliquot hominum coetum, qui historiae ueteris, qualem nunc habemus, cum nulla tunc extaret, concinnandae partes suscepissent, inque ea re adiumento iis fuisse Tullium, Plinium, Maronis Georgica, Flacci Sermones et Epistolas, Homerum item e Graecis, et Herodotum, quos ille solos ex omni antiquitate recipit, maximum tamen eos subsidium cepisse ex numerorum supellectile, quam diligentissime congestisset totius consilii princeps ac primarius operis inuentor, cui propterea, quod, ut thesaurum draco, sic ille numos in arca incredibili custodiret sollicitudine, nec nisi parce admodum eorundem usum conspectumue ceteris impertiret, ipsi sodales geminum Seueri Archontii nomen fecissent, alterum Latinum propter merositate, Graecum alterum ex eo, quem inter eosdem gereret, magistratu. Hunc ingenii portentosi foetum in lucem edidit Harduinus

duinus initio in Chronologiae ex numis antiquis restituta Pro-
lusionem de Numis Herodiadum, et amplius exornauit in Chrono-
logia Veteris Testamenti ad Vulgatam Versionem exacta, et nu-
mis antiquis illustrata, quos libellos, Parisiis antea separatim im-
pressos, Belgae Operibus eius Selectis inseruerunt.

In hac fabula tam affabre ab Harduino efficta Fredericus no-
ster latet sub persona *Seueri Archontii*, quod nomen ut apud (*)
Vopiscum est illi, qui Firmi numos protulit, ita, satis aptum fore,
existimauit Iesuita, quo uniuersae praesidem societatis designa-
ret, cum et magistratu fuisset amplissimo, et singulari seueritate,
numorum autem, ex arca protractorum, beneficio res stupendas ef-
fecisset. Sed notis insuper quibusdam distinguit fraudis aucto-
rem actoremque, cuius nomen, ut Sibyllarum more loquitur Har-
duinus, fuit *tetrasyllabum, decem litterarum, quarum essent quinque uo-
cales, summa ex iis Graece 1599*. Iam characteres hos, ab Harduino
suppeditatos, ad Fredericum nostrum, uelim, accommodes, ut ma-
nu quasi sceleris auctorem prehendas. *Φειδέρξος*, Graece enim
uult nomen scribi, nonne habet quatuor syllabas, literas decem?
In uocalium numero forsan quis difficultatem inuenerit, cum ille
quinque afferat, in hac uoce autem quatuor modo reperiantur. Sed
instar uatis obscure loquitur Harduinus, et sumit duo *ϕ*, quae li-
tera, ut constat, Grammaticis semiuocalis est, pro una uocali, et
tandem numeros ita conficit, ut, more numerandi apud Graecos
recepto, Φ 500, ρ 100, ι 10, δ 4, ϵ 5, ϵ 100, ι 10, χ 600, \omicron 70, σ 200,
efficiat, quibus in summam collectis, 1599 habebis.

Profecto, si res ita se haberet, uti ab Harduino fingitur, fi-
que tanta constantia probari posset, quanta audacia excogitata est,

(*) Adscribens locus ex Vopisco: Scis enim, mi Basse, quanta nobis con-
sentio proxime fuerit cum amatore historiarum M. Fonteo, cum
ille diceret, Firmum, qui Aureliani temporibus Aegyptum occupa-
uerat, Intrunculum fuisse, non principem, contra ego, mecum-
que Rufus Celsus, et Ceionius Iulianus, et Fabius Sostanus, con-
uenerunt, dicentes, illum et purpura usum, et, percussa moneta,
Augustum esse uocitatum, quin etiam numos eius Seuerus Ar-
chontius protulit, de Graecis autem Aegyptiisque libris conui-
cit, illum *αυτοκρατορα* in edictis suis esse uocitatum. *uid. Tom.*
II. Hist. Aeg. p. 693.

in Chrono-
log. p. 153.

satis nobis causae esset, in Fridericum II acriter animaduertendi. Illud quidem ex historiarum monumentis constat, quod etiam Hieronymus Cromayerus obseruauit, Fridericum ex Graeco et Arabico multa in Latinam linguam transfundi curasse, quae purioris in Hist. Eccl. p. 405. instaurationem philosophiae mirum in modum iuarent, utpote ex Aristotele, Ptolomaeo, Galeno, Auicenna, aliis, ita ut unius huius literarum feneratoris beneficio medica, physica, et mathematica, studia in occidente reuixerint, quae inde ab irruptionibus Gothicis et Vandalicis iacuerant neglecta. Sed quis est tam expertus rerum sequiori aevo gestarum, qui sibi persuaderi patiatur, saeculo illo, quo barbaries iam totum terrarum orbem opprefferat, tantam obtinuisse scientiam, tantum dicendi nitorem, ut scriptores Graeciae Latinaeque praestantissimi, quos Harduinus pro suppositis habet, ex cerebro hominum ineptorum effingi potuissent? aut quis est tam credulus, tam leui sententia, ut sibi in animum inducat, tanti rem negotii a tot hominibus, neque enim unus uel alter suffecerit tantae librorum multitudini componendae, adeo clam confectam fuisse, ut neque illa aetate, qua res acta esse fingitur, neque posteriori tempore, quisquam, praeter unicum Iesuitam, fraudem esset subodoratus? Haec sane a uero tam sunt aliena, ut, nisi quis omnem exuerit rationis usum, a nemine probari queant. Sed non opus est, famam Friderici II a tam inepta accusatione multis uindicare uerbis, cum Clarissimus uir de la Croze, Potentissimi Porussorum Regis a bibliotheca, tum in libro, qui inscribitur, *Dissertations historiques sur diuers sujets*, eiusdemque Tomo I, Roterodami anno 1707 ἀνωμότως edito, tum in *Vindiciis ueterum scriptorum contra Ioannem Harduinum*, itidem Roterodami anno 1708 euulgatis, nobis in hac causa otium fecerit, ut Christophorum Cellarium, Ioannem Andream Schmidium, Salomonem Deylingium, alios, silentio praetereamus, qui peculiaria commenti Harduiniani capita stilo transfixerunt erudito

Quid? quod ipse Harduinus errorem reuocauit. Accusauerat nimirum de la Croze huius temerarii iudicii uniuersam Iesuitarum societatem, quod ut a se dimouerent, edidit Superior Ordinis, quem uocant, declarationem, qua illi errores Harduini notant, seque ab istis alienos profitentur. Huic declarationi subscribere ipse coactus est Harduinus, quae formula, a Ioanne Clerico

B.

rico

rico in Bibliothecae selectae Tomo XVIII descripta, digna est, ut hoc loco repetatur: *Je souscris sincerement a tout le contenu de la Declaration cy-dessus: ie condamne de bonne foy dans mes Ouurages, ce qu'elle y condamne, et en particulier ce que j'ai dit d'une faction impie, laquelle auroit fabriqué depuis quelques siecles la pluspart des Ouurages Ecclesiastiques ou profanes, qui ont passé iusqu' ici pour anciens. Je suis tres-saché de n' auoir pas plutôt ouuert les yeux là dessus. Je me sens tres-obligé aux Superieurs de la Compagnie, qui m' ont aidé a sortir de mes préuentions. Je promets de ne dire iamais, ni de uiue uoix, ni par écrit, rien, qui soit directement ou indirectement contraire a ma presente Retractation. Et si dans la suite ie uoulois reuoker en doute l' antiquité de quelque Ouurage, soit Ecclesiastique ou profane, que personne auant moi n' auroit accusé de supposition, ie ne le ferai, qu' en proposant mes raisons, dans un écrit publié sous mon nom, avec la permission de mes Superieurs, et l' approbation des Censeurs publics. En foi de quoi j' ai signé. le 27. Dec. 1708. I. Hardouin. Gratulamur Harduino hanc mentem, eumque ad frugem rediisse, gaudemus, si bona quidem ille fide egit, non simulate, si uero animo abiurauit malitiam, non ut uoluntati superiorum tantum obsequeretur*

Ceterum tantum abest, ut Harduinus hoc suo figmento famae Imperatoris nostri labem quandam asperferit, ut potius ipsum alii criminis Atheismi accusarint. Fecit id ex instituto auctor libelli, anno 1715 Hagae Comitum sub hoc titulo impressi, *l' Atheisme decouuert par le R. P. Hardouin Iesuit, dans les écrits de tous les Peres de l' Eglise et des Philosophes modernes*, quo memoratur, consilium, quod Harduinus in destruenda antiquitate sibi habuerit praefixum, non ex studio numismatico, quod prae se ferret, sed ex praeiudicatis philosophiae Aristotelicae opinionibus, ortum esse. non enim potuisse concoquere hanc propositionem, *ueritatem esse rem aeternam et immutabilem*, adeoque eos omnes, qui id crederint, pro atheis habuisse. et cum hoc passim legatur in Augustini libris et philosophis recentioribus, eundem conclusisse, non quidem Augustinum esse atheum, qui ab ecclesia pro sancto habeatur, sed libros tamen, qui sub Augustini nomine extent, proficisci ab impostore quodam, qui hanc scenam nobis adornarit. Vide, sis, Reimmanni Historiam Atheismi p. 419.

Restat

Restat tertia eademque postrema incusatio, breuiter a nobis discutienda. Tradit enim ineptum uulgas, Fridericum II, certa se deuouendi formula usum, in montem Cufhusanum non procul ab urbe nostra secessisse, in eiusque antro dormire, aliquando tamen euigilaturum, indeque exiturum esse, ad recipiendum imperium, et libertatem ecclesiae uindicandam. Exponemus fabulam uerbis Ioannis Gotofredi Gregorii in Orographia ita scribentis: Von dem Riffhäuser-Berge werden von denen Einwohnern viele Gedichte und Fabeln erzehlet. Die gemeinste Rede ist diese: Gleichwie Käyser Carolus Magnus sich zu Nürnberg auf der Burg in einen daselbst vorhandenen sehr tieffen Brunnen, also auch Käyser Fridericus I Barbarossa (uariant in recensenda fabella homines, aliis Fridericum I, aliis Fridericum II, nominantibus, sicut ficta omnia male cohaerent; de posteriori tamen konstantior est rumor,) sich in diesen Berg mit denen Seinigen verfluchet habe. Er sitze auch dieserwegen mit ihnen daselbst auf der Banck, an einem steinern Tische, den Kopff in der Hand haltend, ruhe und schlaffe. Ihm sey der Bart durch den Tisch bis auf die Füße gewachsen, nicke stetig mit dem Kopffe, und zwinckere mit den Augen, als wenn er etwa nicht recht schliefte, oder bald wieder aufwachen wolle: Denn sie in denen Gedancken stehen, als wenn derselbe vor dem jüngsten Tage wiederum aufwachen, und sein verlassenes Käyserthum auf das neue antreten und beziehen wolle. Neque sine ratione haec ita credi uolunt. Pergit enim Gregorius: Will nun dieses ein Verständiger denen abergläubigen einfältigen Leuten nicht zugeben, so wollen sie solche Fabeln gar mit Begebenheiten bekräftigen, und geben vor, daß, als einmahls ein Schäfer auf dem Riffhäuser-Berge ein Liedgen gepfiffen, habe solches dem Käyser sowohl gefallen, daß er denselben durch einen Zwerg zu sich beruffen, und ihm davor zur Danckbarkeit aus freygebigem Herzen von dem daselbst vergrabenen reichen Schatz viel Geld geben lassen, wobei er den Schäfer gefragt: Ob die Raben noch um den Berg herum flögen? und da derselbe mit Ja geantwortet, hätte der Käyser gesagt: Nun müste er daselbst noch hundert Jahr schlaffen. Andere sehen hinzu, daß Anno 1669 ein Bauer aus dem im Rieth gelegenen Dorffe Reblingen den Käyser, doch unbeweglich, schlaffen gesehen habe. Denn als er Willens gewesen, einen Wagen voll Korn nach Nordhausen zu seilen Kauff zu führen, sey derselbe von einem kleinen Männ-

gen gebethen worden, die Frucht auf den Ripphäuser Berg zu liefern, und davor so viel, aber nicht mehr, Geld zu nehmen, als dieselbe nach der Damahligen theuren Zeit werth wäre. Dieses habe er auch gethan, und bey dieser Gelegenheit den Kaysler Friedrich zu sehen bekommen. Das Geld habe allerhand Gepräge gehabt, und sey darunter eine alte Münze angetroffen worden, auf dessen einer Seite TIBERIVS, hingegen auf der andern, HALBER SEKEL, gestanden. Non inanis est suspicio Celeberrimi Struuii, existimantis, hunc rumorem inde ortum esse, quod Fridericus II, in loco obscuro Italiae Germanisque parum cognito defunctus, sine funebri pompa monimento sit illatus. Ita enim Chronicon Augustense ad annum 1250 memorat: *Eodem anno, deposito Friderico, Imperatore, propter praedictas causas, cum Parmam obsidione cingeret, uictus, in Apuliam rediit, et, ueneno extinctus, sepultus est in Fungia, in die S. Luciae, uirginis, tam occulte, quod multi per annos quadraginta uadiabant, (barbara dicendi ratio ne turbet circulos, ita enim fert saeculum) cum uiuere, uenturum in proximo manu forti.* Sed hoc idem uariis nebulonibus occasionem dedit, personam Friderici II mentiendi, quorum quinque numerantur a Struxio, et Oleario, in Syntagmate rerum Thuringicarum, nos tamen, uno alteroque exemplo contenti, repetemus tantum ea, quae de Tilone Coluppo, item de sartore quodam, apud historicos leguntur. De priori Buntingus, Historiae Brunswicensis Parte III, in uita Henrici mirabilis sequentia refert: Anno 1285 erhüb sich ein wunderlicher Ebentheuer, mit Nahmen Zile Kolup, der gab für, er wäre hochgedachter Landgräfinnen Margarethen, welche für Leide gestorben war, Herr Vater, nehmlich Keyser Fridrich des Nahmens der andere, welcher doch 34 Jahr war todt gewesen. Dieser Kolup hielt sich sehr prächtig, beredet viel Leute, daß sie nicht anderst gedencen künnten, als er wäre hochgedachter Keyser Fridrich, enthielt sich zu Weßlar, schicket seine Legaten zu Herzog Heinrich dem wunderlichen zum Grubenhagen, lies ihm anzeigen, wie er etliche Jahr wahlfarten gewesen in weiten Landen, und nun erst wieder zu Land geschlagen, er solte sich seiner als seines nächsten Freundes annehmen, denn sein Gemahl die Herzogin wäre seiner Tochter Tochter. Desgleichen ließ er auch die jungen Fürsten und Landgrafen zu Düringen, und Marggrafen zu Meissen, als seiner Tochter Söhne, grüssen, und viel gutes zuentbieten, mit vielerley Bericht und Anzei

Anzeigung allerley Warzeichen, damit er diese Herren und andere mehr frey beredete, daß sie ihm Glauben geben mußten, seine Legaten sehr wohl hielten, und ehrlich begabten, ihm selbst auch nicht geringe Verehrung und Geschenke überschickten. Und ist ihm nachgerechnet, daß er in einem Jahr dritthalb tausend Marck Silbers bekommen und verthan hat. Aber er wolte gar zu hoch fahren, denn er schicket an Keyser Rudolphen, entbot demselben ernstlich, daß er die Cron und Ecepter ablegen solte, sich zu ihm finden und die Huldigung thun, oder eines anderen gewertig seyn. Aber Keyser Rudolph machet sich auf, überzog den vermeynten Käyser Friedrich und belagert ihn zu Weßlar, da Er seinen Käyserlichen Hof hielte: zwang auch die von Weßlar dahin, daß sie ihm den vermeynten Kayser heraus geben mußten, und ließ ihn fragen mit der Unvernunft, da bekannte der arme Mensch, daß er ein guter armer Mann wäre, und Tyle Kolup hiesse, wäre vorzeiten bey Käyser Fridrich zu Hofe gewesen, und daher hätte er die Kundschaft, damit er die Fürsten und viele Leute betrogen. Also ward der gute Kayser Tyle Kolup in ein Feuer gesetzt, und umgeschmolzen, und versucht, ob man nicht einen neuen Käyser daraus schmelzen künde. Und also nahm sein Reich ein Ende. Quae cum factore, pro Friderico II se uendicante, acta sunt, exponit epistola Illustrissimi Comitis Schwarzburgici, Guntheri, ad Ioannem a Ponicaui, Principis Electoris Saxoniae a Cubiculis, scripta, et a Struuiio im Historisch- und Politischen Archiv P. I. p. II. edita, quae ita se habet: Gestrenger, Ernvestler, Günstiger Lieber besonder, Wir haben euer Schreiben, daß Ir auf Bevelh Unsers gnedigsten Herrn des Churfürsten zu Sachsen und Burggraven zu Magdeburgk, an Uns gethan, eine Verfohn betreffende, die sich für Keyser Fridrichen ausgeben solte, und neben ferrer eurer gönstigen und wohlge-meinten Warnung, alles Inhalts verlesen, thun uns auch eures Bedenkens und mitgetheilten Raths gönstiglich bedanken, und wollen euch, sovil uns um die Verfohn bewust, gnedger Meinung nit pergen, das derselbe ein Schneider und von Langensalka bürtig ist, auch da selbst noch heutiges Tages einen leiblichen Pruder und andere Freunde hat, Nachdem sich aber tzwischen dem Rathe ietzgemelter Stadt und dieser Verfohn Irrung zugetragen, mag er daselbst (als Wir be-richt sein) gefenglich eingezogen und In dem Gefengnus Irre und Wahnwizig, doch nach etlichen Wochen loßgegeben sein worden,

darnach soll er unter Graff Wilhelm von Henneberg vielleicht mit Wiederteuffern auch zu Gefengnus kohnen sein, da aber sein Unschult befunden, hat der von Henneberg, oder seiner Liebde Amptleuthe, Inen In Bürgen Hande geben wollen, wiles der gefangen gewegert. Wiewohl dan auch die thör des gefengnis offen gestanden, soll doch der gefangen bei zwaien Jahren Im Kercker sitzen blieben sein, bis für wenig Wochen, do er heraus gangen, sich in diße Lande wiederum begeben, vnd auf den Kuffheufischen Berg In eine Capeln kohnen ist, do er drei oder vier tag und nacht, bei einem feur gesessen, Nachdem aber die Leuthe, so darbey wohnen, des Diauches aus der Kirchen Innen worden, und zu Ime gangen, haben sie ein seltsam verwirret Fahr, als wehr es mit einem Leim Wasser, wie ein filts zusambr geflochten, auf seinem Haupt gesehen, und gehordt, das er wunderliche Rede getribben, sich vieler Königreich und Keyserthumb berühmet, solches ist ferrer ausgebreitet, vnd hat vyle Leuthe, der neuen Zeitung begirig, geursachet, das sie auf das Gebürge gelauffen, den Menschen gesehen und darnach gesagt, Keyser Friederich wehr aufgestanden, vnd als eben die zeit Vnser Landvoith vndt Canklei Verwalter von Sondershausen, in Vnsern Ampt Franckenhausem gewesen, sind sie durch das erschollen gerucht bewogen, gegen Kuffhausen zu raiten, die Persohn zu besehen, und die Sache grüntlich zu erfahren, (als wir dan auch, so balt es vns vermeldet, bevehlich thaten) vnd haben aldo vyle Volgts bey den armen menschen befunden, es ist aber nichtes, das sich zu aufruhr oder entporung gezogen, Got Lob, vormerckt worden, Gleichwohl aber haben vnser Reth die Persohn mit kein Franckenhausem geführt, vnd vns volgendes tages kein Sondersh. pracht, da geben Wir Ime die Kost, und gehet an Vnserm Hoffe frei und ledigl, denn es ist ein armer Wahnwiziger Mensch, ohne falsch, ohne Betrog, der nichts redt oder thutt, das schedlich oder gefערlich, Wir wollen auch heut dato mit dem Amptmann von Salza, der ane das andere sachen halben, bei Vns sein wurdet, reden, und vor den armen menschen bitten, Ime mit einer Wohnung, eßen und trincken, sein Lebelang zu versorgen, oder aber Ime selbst vmb Gottes Willen das Allmuß mitteilen, dis vnd so vil ist vns von der sachen bewust, und da Wir einen andern Bericht hätten, wolten Wir vnsern gnedigsten Herrn dem Churfürsten zu Sachsen ic. ic. in Underthenigkeit auch vormelden, dan seinen Churfürstlichen

fürstlichen Gnaden underthenige pflichtige Dienste zu erzeigen, erkennen Wir Uns schuldig und sind euch mit gontz geneigt

Noli L. B. plura a nobis argumenta ad confutandam fabulam expectare, dum scriptores illius aetatis et diem, quo decessit Fridericus, et locum, quo ossa eius condita sunt, accurate describunt, ea autem, quae homines ad fraudem compositi finxerunt turpiter, cum ipsis auctoribus conciderunt. Reuocat nos mons Cufhusanus, cuius modo mentionem fecimus, ad fines patriae, et recordatio Illustrissimi Comitis Guntheri calamum et orationem conuertit ad

SERENISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM FRIDERICVM ANTONIVM

PRINCIPEM SCHWARZBURGIE QUATVOR COMITIBVS IMPERII COMITIS ITEM HOHENSTEINII DYNASTAE ARNSTADII SONDERSHVSAE LEVTENBERGAE LOHRAE ET CLETTENBERGAE,

Patrem patriae Indulgentissimum, qui, Friderico II uirtute non absimilis, sed meliore fortuna, paucis abhinc diebus, maxima aulae procerumque uoluptate, et summo ciuium solatio, festa natalitia saluus et incolumis, quae Numinis est gratia, celebrauit. Hinc, pietatis nostrae esse, duximus, felicitati Principis congratulari, factisque pro salute DOMVS SCHVARZBURGICAE uotis, obsequium animique religionem

declare. Quod ut rite fieret, cum discipulis, fidei doctrinaeque nostrae traditis, historiam Imperatorum, horis priuatis explicemus, ita quidem, ut singula semper ad usum oratorum referantur, nonnullis eorum, solertia, probitate, elegantiaque morum, nobis non mediocriter probatis, id dedimus negotii, ut Vespasianos propter ipsorum, uel uirtutes, uel uitia, et commendarent, et uituperarent.

Primum igitur in medium prodibit *Adolphus Rudolphus Cuchterus*, Artera Mansfeldicus, utriusque linguae perstudiosus, et oratione Graeca *Flauium Vespasianum*, patrem, laudabit. Succeedent *Ioannes Guilielmus Struuus*, Francohusanus, et *Gottlob Eberhardus Schlimpertus*, Oberueisbacensis Schwarzburgicus, multae iuuenes humanitatis laudataeque industriae, quorum alter in

praedi-

Q11
1842
praedicandis *Titii Vespasiani uirtutibus*, alter in describendis *flagitiis Domitiani*, uersabitur, Latina quidem numerisque soluta oratione. Postremo cathedram occupabit *Ioannes Andreas Landgrafius*, Rudolstadtienfis, ingenio ad dicendum apto praeditus, factaque contentione inter *Titum Vespasianum et Fridericum Antonium*, carmine Germanico gratulandi officio perfungetur. Sed cum oratoris studium audientium beneuolentia non parum excitetur, Te rogatum uenio, L. B. ut, pro Tua in bonas artes uoluntate, pro Tua in Principem pietate, futuro die *Mercurii*, si Deus uolet, finitis *sacris matutinis*, in auditorio maiori conuenias, tantumque iuuenum studiis ornatissimorum concedas, quantum illi gratiam humanitatemque Tuam depraedicabunt. P. P. pridie *Calendas Septembris*, cui diei in fastis sanctioribus respondet *Dominica XII Triados*, anno, quam salus restituta est, *clo lo cc xxvii*

Frankofuae, aere Landgrafianoe

X 263 5614





A. N. 387, 29.

D. B. I.

537

FRIDERICVS II. IMPERATOR RO-
MANO-GERMANICVS TRIPLI-
CI INFAMIA LIBERATVS

CVM

AD DIEM NATALEM

SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINI

FRIDERICI ANTONII

PRINCIPIS SCHWARZBURGI

E QVATVOR COMITIBVS IMPERII COMITIS
ITEM HOHENSTEINII DYNASTAE ARNSTA-
DII SONDERSHVSAE LEVTENBERGAE
LOHRAE ET CLETTENBERGAE

DOCTA MV SARVM PIETATE CELEBRANDVM

PERILLVSTREM VTRIVSQVE CON-

SILII PRAESIDEM ASSESSORES ITEM GRAVISSIMOS
VENERANDOS ECCLESIAE MINISTROS SENATORES
AMPLISSIMOS ET RELIQVOS BONARVM
LITERARVM FAVTORES

SVBMISSA OFFICIOSEQVE INVITARET

CHRISTIANVS GOTTLIEB CLVGIVS

INGENVARVM MAGISTER ARTIVM ET LYCEI RECTOR



1537

BIBLIOTHECA
PUNUKAVIANA

2002